



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

HYDROPUM

CAUSIS ET CURATIONE.

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE
HYDROPUM
CAUSIS ET CURATIONE:

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,
Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,
D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.
ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu, et
Nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ Decreto;

PRO

GRADU DOCTORIS,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

JOANNES BARNETT,
ANGLUS,

SOCIET. MED. EDIN. SOC. EXTR.

Ad diem 24. Junii, horâ locoque solitis.

Interest enim, fatigatio morbum, an sitis; an frigus, an calor; an
vigilia, an fames fecerit; an cibi viniq̄ue abundantia, an intempe-
rantia libidinis. CELSUS, Lib. I. Præfat.

EDINBURGI:
EXCUDEBANT ADAMUS NEILL ET SOCII.

=====
M DCC XCVII.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY



PATRI OPTIMO
SAMUELI BARNETT,
NON SOLUM OB PARENTIS OFFICIA,
SED
PROPTER BENEFICIA ALIA PLURIMA,
SIBI CARISSIMO,
HANC DISPUTATIONEM,
GRATI ANIMI
PIGNUS EXIGUUM,
SACRAM VULT
AUCTOR.

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE
HYDROPIUM
CAUSIS ET CURATIONE.

SECTIO I.

DE CAUSIS.

INTER morbos varios qui genus humanum vexant, ferè nullus est qui magis sibi Medicorum attentionem vindicat, quàm *Hydrops*; seù frequentiam, seù sanationis difficultatem, respiciamus: Ut legibus Academicis igitur morem geramus, de Causis hujus morbi, et Curatione, quædam differere, nobis in animo est.

A

Causæ

Causæ multiplices, a quibus Hydropis genera diversa oriri possunt, aliquid inter se commune habent; omnes agere videntur rationem solitam et sanam, inter fluidorum exhalationem, et eorum resorptionem, tollendo.

Si fluidorum absorptio minuatur; si exhalatio eorum augeatur; si eodem tempore et illa minuatur, et hæc augeatur; si deniquè ambæ aut minuantur, aut augeantur, at non in ratione eâdem; Hydrops nasci potest.

Hujus Causa Proxima, aut corporis status qui symptomata omnia producit, est, *Quævis inter exhalationem et resorptionem inæqualitas.*

In hac affectione non videntur causæ divisionem, vel ordinem aliquem admittere, cui non multa facilè objiciantur; non etiàm statutum est, quæ *prædisponunt* morbo solùm, quæ illum *excitant.*

Conditiones corporis generales paucæ ad morbi productionem conferunt; his igitur causas omnes referre conabimur.

Primus

Primus caufarum *ordo*, eas continet quæ debilitatem univerfam gignunt.

Secundus, eas quæ fanguinis rubri circuitum impediunt.

Tertius, eas quæ abforptionem rectè minuunt.

Quartus, eas ob quas aqua nimia in corpore moratur.

I. DEBILITAS UNIVERSA.

CUM corpus infirmum fit, omnibus ferè morbis proclivius fit : debilitas, propter hoc, inter caufas prædifponentes, adverfæ valetudinis, cujuscunque generis fit, sæpè reputatur ; affectibus hydropicis occasionem sæpiffimè præbere, ex omnium obfervatione et fuffragio conftat. Sæpè ex feipsâ morbum facit ; aliquando effectum ejus aliæ adjuvant caufæ.

Pauca

Pauca de modo, in quo debilitas hanc affectionem movet, dicenda.

In hac conditione corporis, observandum est arteriarum fines minutas, laxas valdè fieri, dum rami majores, etsi non cum vigore solito pulsent, tamen sæpè frequentiores habent contractus: Laxitas ramusculorum qui partes sanguinis serosas vehunt, ab hoc collegitur, quòd excretiones aquosæ, multùm sæpè in corpore debili augentur, ut sudoris fluxus; et in febribus malignis etiam sanguis effunditur ruber, petechias aut vibices faciens: Arteriæ, minori vi quàm solitò agentes, non serum in venas propellunt, sed per oscula laxa ubi renixus minor, in telam cellulosam, aut in corporis cava (ut vocantur), profundunt.

Resorptionem quoque debilitas impedire potest; nam vasa lymphatica generalem aliorum hanc noxam, quandoque participare videntur: Hujus explicatio facilis, qualemcunque opinionem seligamus, de horum vasorum actione;

ne; nam si pro tubis resilientibus habemus, in quorum fines fluida, vî musculosâ cæterarum partium immittuntur, debilis musculorum contractio et liquoris introitum impediat, et progressum ad cor difficiliorem faciat, necesse est; aut si hæc vasa, ut plerisque placet, vi contractili prædita esse propriâ credimus, conditionem partium aliarum sequi possunt, et sic pars fluidorum tenuior in cavis immorari. A debilitate quæ post hos accidit, Hydrops, sequela tam frequens aliorum morborum, tam acutorum quam et longorum, hinc febres sæpè excipit; in plerisque enim qui ex febre convalescunt, aliquid crurum œdema apparet, præcipuè sub noctem, cum corpus per longum tempus, fuit erectum; hoc sæpè evanescit corpore in lecto jacente, et viribus paululum firmatis, non redit omninò; at aliquandò multum ingravescit, et fit Hydrops verus, qui miserum mortalem, ab alio hoste crudeli vix evasum, tandem perimit.

Dysenteria

Dysenteria diutina, eodem modo morbum potest inferre. *Scarlatinæ sequela* quoque non rara reputatur. *Scorbutum* interdum infequitur; hic autem morbus homines valdè reddit infirmos, et humorum circuitum imprimis, fegnem et languidum efficit; effusio aucta manifesta est, quòd cruor etiam prorumpit, maculas lividas sub cute faciens.

Mensium suppressionem, aut emanationem, non rarò stipat anasarca, vel saltèm crurum œdema, infirmum corporis habitum indicans. Dicitur etiam a suppresso fluxu hæmorrhoidali accidisse, et ab aliis evacuationibus solitis, subitò intermissis; vix alio modo hunc effectum edere possunt, quàm quòd corpus minus firmum reddunt, nam humoris quantitas, propter hanc suppressionem retenti, non magni momenti esse possit.

Febres intermittentes sequitur sæpè, præsertim Quartanas; hæ citissimè autem vires exhauriunt,

hauriunt, eidem igitur divisioni referendæ : alii forsan morbi Hydropem cient.

Hic annumerandæ evacuationes nimix, imprimis sanguinis privatio. SYDENHAMUS * quamvis in multis morbis venæsectione liberè usus est, eam tamen cum nimia fit, pro causa Hydropis frequenti meritò habet.

Diæta tenuis a multis accusatur, non fortassè sine causa ; nam ab experimentis HEWSON † sagacis, patet victum tenuem, naturam liquorum mutare, qui cava corporis madefaciunt, eos nempe tenuiores factos, coagulum ferius formare.

Vita otiosa ‡, *segnis*, Hydrothoraci pro causa est frequenter, et hoc quidè Hydropis genus inter eos qui in operibus multùm versantur, ubi aère libero non fruuntur, usitatius est. hi dicuntur morbo obnoxii magis esse, qui in regione

* Tractat. de Hydrope, p. 73.

† Experimental Inquiry, Part ii. p. 106.

‡ Vide LISTER, RAMAZZINI, BONETUM.

regione humida degunt, aut quibus negotium est, in humidis præcipuè locis: Hoc fortassè accidit a frigore, in illis operibus applicato, quod inter potestates debilitantes collocatur, et cui Hydrops sæpè tribuitur.

Inflammationi subsequitur aliquando effusio aquosa, præfertim si partes membranaceæ affectæ fuerunt, hæ enim plerumque in statu naturali humorem fundunt tenuem, nunc autem hujus quantitas valdè augetur, ob vasorum laxitatem, quæ inflammationis effectus communis habetur; hinc Hydrothorax, Pleuritis sequela non rara, Ascites, Peritonitidis, vel Enteritidis. Hic ponendos esse casus putamus, quos cel. RUSH* memorat, in his regionibus saltè, rariùs observantur Hydropes cum Diathesi Inflammatoria stipati. Vasa post actionem inflammatoriam, certè vim tonicam amittunt, ut evidentè monstrat status oculorum et aliarum partium, quæ hanc sustinere; alio modo

* RUSH'S Medical Inquiries, Vol.ii. p. 163.

modo quoque inflammatio ad Hydropem faciendum conferre potest, ut mox dicendum.

Fluidorum in cavis corporis contentorum quantitas multum augetur, aliquando non frequenti hydrope permanenti; ut ex eo constat, quod MUSGRAVE clarus in canis thoracem jampridem aquæ tepidæ quantitates varias iterum atque iterum injecit, at canis post non longum tempus pristinam sanitatem recuperavit, quamvis primò magnam molestiam senserit; integro igitur penitus corpore copia liquoris multum aucta a vasis absorbentibus auferri potest.

Partis proprius Hydrops, aliquando ejusdem generis affectum totius corporis infert*.

Liquorum spirituosorum largiter ingestorum effectus, sub hac causarum divisione collocandi sunt: Functiones omnes lædunt; cibi appetentiam tollunt; viscera quæ chylum elaborant debilia faciunt; et, quamvis alio modo

B. sæpè

* Vide MONRO on Dropsy.

sæpè agant, hoc etiam in permultis exemplis victimas miseras perdere videntur. Fœminæ*, ut minus robustæ, quàm viri morbo sæpiùs vexantur; feniles, quàm ii quos vigor juventæ adhuc sustentat.

Aquæ accumulatio post paracentesin multò citior † quàm antea fit; et cùm liquor primò limpidus fuit, repetitâ educatione, sæpè sanguine inquinatur; hoc non mirùm quùm vasa extrema exhalantia in aqua macerata firmitatem amittunt, nec humores retinent, tam laxa etiam fiunt, ut cruorem aliquem effundant; effectus hic multùm promovetur pressione aquarum solitâ demptâ: Hæc videntur saltèm subitum aquarum reditum post earum emissionem partim explicare.

II. SAN-

* Vide MONRO, p. 14.

† Idem, p. 73.

II. SANGUINIS RUBRI CIRCUITUS
IMPEDITUS.

HUNC impediunt res permultæ, quæ aliquin laxum inter se nexum tantùm habere videntur; huic obstructioni sæpiùs quàm alii causæ ulli morbus forte imputandus. Multa sunt quæ venas comprimunt, et reditui sanguinis dextro cordis lateri obstant: multæ cordis ipsius noxæ eundem edunt effectum.

Cordis vitia.—Hujus valvulæ aut arteriæ majores in osseam naturam conversæ, sanguinis fluxum per venas remorantur, et faciliè hoc modo effusionem augere possunt; nam quùm sanguini non iter est, ex arteriarum ramis in venas, necesse est ut per fines earum lymphaticas transeat pars tenuior saltèm. Difficilis humorum circuitus, prætereà, corporis munera omnia citò vitiat. Valvulæ ita affec-

tæ in cadaveribus hydropicis sæpè sunt inventæ, ut videre est apud BONETUM * : Apud eundem auctorem, et alios, multa enarrantur exempla in quibus aliæ cordis noxæ adfuerunt, ut molis aucta, pallor, tenuitas parietum ventriculorum; et Polypi, ut vocantur, in quamplurimis visi sunt; hi autem effectus potiùs quàm causæ morbi, hodiè æstimantur; perrarò in corpore vivo nasci dicuntur, imò sunt quibus dubium habetur, an unquam ita nascantur: Præsentia eorum adeò frequens in cadavere hydropico indicat saltèm statum cordis insolitum; fortassè ab ejus actione debili, in articulo mortis pendent. Pulsus hydropicorum tam sæpè irregularis, aut etiam intermittens, vitii cordis alicujus suspicionem dare debet.

Venarum majorum compressio a multis rebus oritur; huic compressioni tribui solet œdema, quod in fœmina prægnanti sæpè accidit; huiç

* Sepulchret. Anatomic. Lib. iii. Sect. 21.

huic partim quoddam hydrops Hepatis Schirro subsequitur, molis enim dura cavam inferiorem comprimit, et humorum motum omnino penè obstruit; hinc Asciti citò supervenit crurum, scroti, pedum tumor.

Vasorum pulmonarium obstructio ad Hydrothoracem perducit; hinc Asthmatis per sæpè sequela observatur, et aliorum equidem pulmonum et partium vicinarum morborum: Quicquid sanguinis transitum ab arteriis ad venas interpellit, exhalationem per ramos lympham vehentes adauget. Aqua in thorace collecta cordis ventriculi dextri exinanitioni absolutæ obstat, venæ cavæ sanguinem sistens, et igitur sæpissimè Anasarcam brevi gignit per totum corpus.

Hepatis schirrus, tam frequens causa a summa vetustate habitus est, ut veteres huic soli morbum tribuendum putarent; hujus explicatio non perdifficilis: Notandus prius sanguinis transitus per hoc viscus singularis:

Venæ

Venæ ab intestinis, ventriculo, liene, pancreate, mesenterio, et omento, sanguinem reducetes, truncum formant, qui mox munere arteriæ fungitur, et rursus in ramos divisus, omnem hepatis partem irrorat: At hepatis induratio morbida extremos hos ramos obstruit, sanguinis transitum impedit, et ut valvulis vena portarum caret, accumulatio humorum, usque ad fines venæ portarum ventralis attingit; hæc stagnantes, extremas arterias stimulant, et ad majorem incitant motum. Lympha tenuior perdifficiliter per vias naturales movens in abdomen effunditur, Asciten efficiens, morbi genus visu horrendum, at diu sine molestia permulta quandoque toleratum: Ad modum jam dictum hepatis tumor eum inferre videtur, sæpius quàm a mole venam cavam comprimente; hæc compressio enim non locum habet in multis exemplis ubi hoc viscus multum auctum deprehenditur. Possè autem extare hujus schirrum

rum sine Hydrope, non desunt testes multi; casus aliqui etiam memoriæ traditi fuere, ubi schirrus maximus per longum tempus affuerat, et nulla tamen humoris in ventre accumulatio inventa est: Non dubitandum autem morbum sæpissimè etiam eum inducere.

Lienis schirrus pro causa quoque a plerisque memoratur. Quomodo hunc effectum edat, non manifestum est; at ejus usus non adhuc penitè notus est: Mallem lienis morbum ab Hydrope proventum esse putare, ut morbidus plerumque inventus fuit, post affectiones alias longas et debilitantes. Pylori schirrus hydropem aliquando produxit, ut MONRO et alii nos certiores faciunt.

Alia viscera abdominalia schirro laborantia, in cadaveribus hydropicis visa sunt; hæc fortassè ab inflammatione structuraque naturali læsa, parvis aquæ congestionibus primò occasionem dant, quæ vasa sanguinea et absorben-

tia

tia magis comprimentes, affectionem generalem tandem efficiunt.

Hydatides, aut tumor denique quilibet præter naturam, sanguinem venosum remorari possit. In mulieribus Ascites ab ovarii schirro valdè communis est, et ferè curationem omnem respuit: in iisdem uterus malè affectus ascitis originem præbet, ut ex multis exemplis apud BONETUM enarratis liquet.

Ea quæ in hac et superiori divisione memorantur, exhalationem potissimùm augent, quamvis eorum quædam fortè, resorptionem quoque paulùm minuunt.

III. ABSORPTIO IMMINUTA.

MULTUM fuit disputatum de modo in quo vasa absorbentia munus suum absolvunt: Sunt quibus placet opinio, nullam habere ea vim muscularem, nullam se contrahendi facultatem: hi tunicas eorum vi resiliendi maximam præditas reputant, et fluida, eorum oscula ingredi dicunt, per attractionem capillarem, ut vocatur; aut a rebus externis, aut vi a tergo impulsa, usquedum primas valvulas præterierint. Alii iis vim contractilem maximam dant, et osculis eorum muscularibus potentiam planè mirabilem tribuunt, vix iis intellectum et mentem recusantes.

Quamvis vix dubium videatur fibras musculares iis inesse, et vim contractilem, tamen pericula ad hoc probandum facta non penitus certum faciunt; nam res valdè acres et vim adstringentem habentes in iis fuerunt

adhibitæ, quæ etiam in parte corporis quavis et substantiis ferè omnibus eandem ederent effectum, ut, ex. gr., Acidum vitriolicum forte.

Verifimile igitur at non certum videtur ea vim aliquam contractilem possedere, et fluida primùm recipere, eodem modo quò tubi capillares, aut facultate quâdam incognitâ potiùs forsan; nam non manifestum est quomodo oscula musculis prædita humorem ex cavis exhauriant.—His de absorptione præmissis, causæ quæ eam minuere aut impedire possunt, breviter considerandæ sunt.

Quicquid ductum thoracicum comprimit, lympham in toto corpore stagnare cogit: est autem exemplum*, in quo obstructio diu perstitit sine Hydrope generali ullo, sed notandum est crus dextrum œdemate affectum fuisse: hîc fortè lympa ad cor dextrum relata fuit per truncum qui ad angulum inter
dextram

* CHESTON, Philosoph. Transact. Vol. lxx. p. 323.

dextram venam jugularem et subclavianam tendit; nam hæc vasa perfæpè anastomofin inter se habent: quicquid ramum majorem comprimit, eisdem effectus, sed minus generales, habebit: glandularum tumores œdema partium unde oriuntur lymphatica sua, efficiunt. Glandulæ mesenterii* schirro affectæ, vel calculosâ materiâ refertæ, Asciten fæpè produxerunt; quamvis non rarò morbidæ deprênsæ fuere sine ullo hydrope, et glandulæ lymphaticæ equidem in aliis partibus tumefactæ non semper resorptionem impedire detectæ sunt: hoc lucidè explicant Anastomofes inter hæc vasa frequentes. Si non ita fuit constitutum nostrum corpus, quoniam hæ glandulæ morbis variis valdè obnoxia sunt, tota fabrica citò ad exitium perveniret.

Lymphaticorum ruptura sine dubio in casibus non paucis pro causa fuit; absorbere videntur rami, postquam trunci rupti fuerint;
ita

* BONET, Lib. III. Sect. xxi. Observat. iv. vi. et x.

ita chylus in thorace detectus est post ductum thoracicum fissum.

Cordis vitia cujuscunque generis, ut quæ stagnare cogunt sanguinem venosum, ductûs thoracici contenta etiam obstruant, necesse est.

Paralyfis partialem Anasarcam aliquando facit; non fortassè ab hac causa sæpè oritur *Hydrops generalis*.

An vasa lympham vehentia paralyfi unquam tentantur, cætero corpore sano?

Si hoc concedatur, multi casus aliter inexplicabiles facilè ad normam aliquam reduci possunt.

Frigus in hoc systema partim effectus ejus operare probabile est: contractionem horum vasorum citissimam id efficere, si experimentis HALLERIANIS fidem damus, statutum est: spasmus fortè totius hujus systematis efficit, et liquoris introitum in oscula prævenit; ad corpus ab externo applicatum morbum excitat; etiam aqua frigida profusè in ventriculum

lum ingesta, ut multis persuasum est, idem facit.

Membranarum inflammatio earum fabricam destruit; eas crassiores reddit, et materiâ coagulâtâ obducit; potest etiam ramos absorbentes parvulos, et eorum fines apertos, lædere, ita ut muneri solito inepti reddantur, et hoc modo Hydropi conducere.

Debilitas universa, ut suprâ dicitur, resorptionem multùm imminuere potest.

IV. HUMORIS AQUOSI NIMIA COPIA.

PAUCA sunt quæ Hydropes aliquando faciunt, non phalangi ulli suprâ memoratæ releganda; hæc sunt causæ quæ morbum inferunt a nimio liquore tenui et aquoso, in corpore retento.

Posteris

Posteris tradita sunt exempla quædam ab urinæ secretionē *, quædam ab excretionē ejus impedita † ; suppressio hujus autem persæpè mortem tam citò inducit, ut Hydrops non sese ostenderit : cùm renes morbidi facti non munus suum peragunt, sæpiùs accumulatio aquosa oritur.

Frigus perspirationem interpellit sanam ; excretionē igitur humoris tenuis per cutem impeditâ, in cava corporis effunditur, Anasarcam plerumque gignens ; sano autem penitùs corpore cùm perspiratio impeditur, urinæ copia augetur, ut manifestum est a fluxu ejus magno post aëra frigidum corpori admotum ; alia causa aliqua hanc adjuvet igitur necesse est.

Sudor copiosus et usitatus ‡ partis alicujus subitò repressus per causam quamlibet, idem facit.

Aqua

* Vide cl. MONRO, p. 13.

† DE HAEN.

‡ MONRO.

Aqua largiter ingesta, dicitur Hydropi occasionem dedisse, præcipuè si perfrigida fuerit: hoc autem non sæpè observatur. Superficies corporis externa aquam ab aëre recipere nota est; hoc potiùs Hydropis effectus videatur, quàm causa.

Aqua nimia in vasis, per se forsitán nunquam hos morbos producit; at cum debilitate aut excretionibus impeditis conjuncta, certè aliquid conferre queat.

Ea quæ breviter enumeravi, sæpissimè affectiones hydropicas inferunt; alia haud pauca a diversis auctoribus inter causas recensentur; at, aut rariùs observantur, aut pleraque ad ordines generales hic constitutos referri possunt.



SECTIO II.

DE CURATIONE,

UT multa sunt in *causis* communia ; ita in *sanatione* non pauca sunt, quæ omni generi hujus morbi apta sunt.

In his affectibus medendis, tria sunt quæ conatus omnes dirigere debent, Indicationes vulgò dicta.

1mò, *Causam morbi tollere, si fieri possit.*

2dò, *Humorem effusum ex cavis hydropicis educere.*

3tiò, *Congestionis aquosæ reditum prævenire.*

INDICATIO PRIMA.

Si Hydrops a debilitate adfit, sine ulla viscerum labe, et si non permagnæ fit molis accumulatio, tonicis porrectis remediis plerumque sanabitur: ita crurum œdema, post febres aut alios morbos superveniens, brevè ferè per exercitationem, diætam nutrientem, et corroborantia aliqua, tollitur.

Si aliis morbis adhuc præsentibus eum ascribamus, ad hos profligandos animus omnis dandus est. Horum aliqui, ut Scorbutus et Amenorrhœa, tonica quoque requirunt.

Si evacuationibus nimis subsequitur, diæta nutriens optimum remedium fit.—Sed de medicamentis tonicis fusiùs postmodùm dicetur.

Stimulantia varia non parvæ sunt utilitatis, ut Vinum; sæpè etiam Aromatica, et alia quæ ventriculum et intestina roborant.

Si a *schirro* visceris alicujus præcipuè Hepatis provenit, Hydrargyro imprimis curatio committenda ; hæc est ratio fortè cur ille in morbo profligando tam potens est : Non solum in hepatis inflammatione chronica, sed aliarum quoque partium multùm prodest, ut liquet ab ejus usu in ophthalmia chronica. Non igitur putare liceat, membranarum inflammationem lentam ab hoc fugari aliquando posse? Certè remedium valdè efficax est : aliter tamen hydropes facilè auferre potest, ut infra explicabitur.

Emetica aliis fallentibus medicamentis, viscerum schirrum quandoque resolvere possunt, ut testium et glandularum lymphaticarum tumores discutunt ; hinc fortassè obstructions tollendo hydropi mederi possunt, et si tutò dentur haud inutilia erunt.

Spasmus vasorum absorbentium, si causam æstimare licet, a medicamentis *antispasmodicis*

cis tollitur ; hinc fortassè Opium * in casibus nonnullis tam insigne dedit auxilium.

Diaphoretica, et *emetica* in dosibus parvis, ita ut nauseam solùm excitent, spasmum cutis vasorum relaxant ; et hoc modo bonos edunt fortè effectus, potius quàm a fluidorum quantitate quam evacuant.

Collectio aquosa in sacco contenta, aliquando causa est Hydropi universali : Ubi hoc accidit, saccus perforandus est, si fieri tutò possit. Alii tumores, per auxilia idonea, si vasa ulla comprimunt, amovendi.

Friçtio et compressio partium affectarum non nimis valida ; fibrarum laxitatem si non tollat, ejus effectum saltem minuit.

Hydrargyrus forsitan solus, absorptionem imminutam restaurat directè, sine ulla evacuatione insigni.

Causa morbi sæpissimè aut penitùs latet, aut nullis remediis tollenda est, aut ipsâ jam sublatâ,

* Vide MONRO, p. 67. Note.

sublatâ, ejus effectus permanet : cùm hoc fiat, cogitandum est, quomodo effectus ille submo-
veri possit ; et omnes conatus nostri ad hanc
rem dirigendi sunt.—Hoc nos ad sequentem
perducit Indicationem.

INDICATIO SECUNDA.

*Pro aquæ eductione, viæ sunt variæ ; im-
primis per perforationes in partes affectas.*

1. *Paracentesis* in Ascite sæpè usurpatur ;
sed non constat, quo tempore, quo morbi sta-
dio, maximè idonea : Auxilium est quod ra-
rò hydropi penitùs medetur ; effusio etiam
post eam citior plerumque fit ; sed ubi disten-
tio valdè molesta est, præsens præbet levamen,
et repetita, vitam multùm produxit. In in-
firmioribus, vix tentatur ; nam periculum est,
hos non superstites fore : Pauci sunt qui Pa-
racentesin

paracentesin subire volunt in recenti affectione, priusquam alia frustra fuere tentata. In thorace facta fuit; sed, quamvis multi eam auctores suadent, experientia non ejus usum insigniter efficacem monstravit. Non satis tuta videtur injectio liquoris acris, ad inflammationem excitandam in Ascite aut Hydrothorace; quamvis in Hydrocele optimos edat effectus; in prioribus videtur remedium morbo pejus.

Puncturæ in artubus levamenti aliquid afferunt; at solæ fortasè nunquam valetudinem bonam restituunt, et in debilibus multùm periculi secum afferunt, gangrænam partium inducentes: profunt aliquando tamen, simul datis medicamentis idoneis. Vesicatoria idem faciunt; hîc autem magis pertimescenda gangræna in minùs firmis. Paracentesis aliquando utilis, quòd medicamenta frustra antea porrecta, post eam munere suo benè funguntur. CELSUS* dicit: “ Neque enim sanat
“ emissus

* Lib. iii. cap. 21.

“ emiffus humor ; fed medicinæ locum facit,
“ quam intus inclusus impedit.”

In Ovarii Ascite, unicum extat fortè auxili-
lium, quod levaminis aliquid miseræ ægræ
afferre potest. Curatio tam rara videtur hanc
sequi operationem, quòd causa postea manet,
nec actio interpellitur ejus ; remedia autem
cætera conditionem vaforum gignunt con-
gestioni infestam.

Reliqui eliminandi humoris modi absorp-
tionem augent, aut humoribus ad alias par-
tes revellendis, effusionem ulteriorem præve-
niunt.

2. *Emetica.*—Hæc ad absorptionem promo-
vendam efficacia inventa sunt in affectibus per-
multis ; in hoc etiam usurpata fuere ; sed in
casibus nonnullis, non sine periculo, cùm enim
magna aquæ congestio respirationem valdè dif-
ficilem reddit, aut cùm in thorace collegitur,
suffocationem planè vomitio minitatur : Præte-
reà,

reà, antimonii præparata, et alia immitia, maximum dant auxilium; at perpauci inveniuntur qui in his fumendis perseverare volunt; perseverantiâ autem hîc opus est. In exemplis quibusdam fortassè dari possunt, et verisimile videtur meliores habitura esse effectus, si cum humoris quantitate quàm minima exhibeantur; ad hoc aptum est *zincum vitriolatum*, quòd celeriter et sine molestia vomitum ciet.

3. *Cathartica*.—Hæc in Hydrope sanando sunt maximè usitata, imò certissima fortè remedia; draffica, ut vocantur, maximè laudantur: Observandum tamen vires citissimè exhaurire in debilibus; igiturque causam morbi augere possunt; firmiorum etiam vigorem sæpiùs porrecta tollunt: Magnam aquarum copiam tamen solent abducere, cum ægroti res eorum patiuntur usum. *Acriora* laudantur, ut suprâ dictum est. SYDENHAMUS,

HAMUS, cujus experientia in eorum usu magna fuit, et cujus sagacem animum omnes mirantur, ea quæ citò et potenter agunt, imprimis commendat; præcipua sunt, Jalappa, Scammonium, Calomelas, Gambogia, Colocynthis, Elaterium, &c. et composita ex his medicamenta varia. *Mitiora* aliqua non his inferiora inventa; ut, Cryfalli Tartari, qui penè mirabile sæpè dant levamen, aquam statim educentes.

Necesse est ut *Purgantia* repetantur haud longo intervallo; nam si multum intercedat temporis, dum vires minuant, congestionem etiam augent. Aliqui iis olim utebantur, quæ Vomitum primò, deinde Catharsin excitant; hæc medendi ratio austerà, minùs hodiè usurpatur.

4. *Diuretica*. — Hujus generis auxilia, ut quæ vires vix minuant, molestiam ægro nullam dent, et humori effuso exitum facilem, naturalemque

naturalemque præbeant, omnibus aliis antecellere videntur; at vix ulla inter ea reperiuntur, quæ suo munere constanter fungantur, in permultis exemplis frustra exhibentur, nullâ sequenti diuresi.

Ubi debilitas multa, tumor magnæ molis, et suffocationis periculum, prædicta vetant remedia, ad hæc fugiendum est; et quamvis unum vel alterum nullum attulerit boni, non omninò desperandum; nam, quibusdam deficientibus, alia sæpè efficacia sunt; quare de probatissimis singulis, pauca dicemus.

Acida varia in usu fuerunt, ut *Acetum*, *Acidum Citricum*, *Acidum Nitricum*, et alia: quamvis eorum pleraque vim aliquam diureticam habere videntur, hodiè iis non multum fiducia datur, quòd potentiora quædam possedemus.

Sales Alkalini etiam usitatissimi olim fuere, ut *Sal Absynthii*, et *Genistæ cineres*, quorum

HAMUS, cujus experientia in eorum usu magna fuit, et cujus sagacem animum omnes mirantur, ea quæ citò et potenter agunt, imprimis commendat; præcipua sunt, Jalappa, Scammonium, Calomelas, Gambogia, Colocynthis, Elaterium, &c. et composita ex his medicamenta varia. *Mitiora* aliqua non his inferiora inventa; ut, Cryſtalli Tartari, qui penè mirabile sæpè dant levamen, aquam statim educentes.

Neceſſe eſt ut *Purgantia* repetantur haud longo intervallo; nam ſi multum intercedat temporis, dum vires minuunt, congeſtionem etiam augent. Aliqui iis olim utebantur, quæ Vomitum primò, deinde Catharſin excitant; hæc medendi ratio auſtera, minùs hodiè uſurpatur.

4. *Diuretica*. — Hujus generis auxilia, ut quæ vires vix minuunt, moleſtiam ægro nullam dent, et humori effuſo exitum facilem, naturalemque

naturalemque præbeant, omnibus aliis antecellere videntur ; at vix ulla inter ea reperiuntur, quæ suo munere constanter fungantur, in permultis exemplis frustra exhibentur, nullâ sequenti diuresi.

Ubi debilitas multa, tumor magnæ molis, et suffocationis periculum, prædicta vetant remedia, ad hæc fugiendum est ; et quamvis unum vel alterum nullum attulerit boni, non omninò desperandum ; nam, quibusdam deficientibus, alia sæpè efficacia sunt ; quare de probatissimis singulis, pauca dicemus.

Acida varia in usu fuerunt, ut *Acetum*, *Acidum Citricum*, *Acidum Nitricum*, et alia : quamvis eorum pleraque vim aliquam diureticam habere videntur, hodiè iis non multum fiduciæ datur, quòd potentiora quædam possedemus.

Sales Alkalini etiam usitatissimi olim fuere, ut *Sal Absynthii*, et *Genistæ cineres*, quorum

vis in Potassa quam continent fita ; hi autem nunc rariùs dantur.

Sales Neutri non omninò negliguntur ; at perpauci sunt quibus nunc multum fidei datur. *Nitrum* aliquando ufurpatur ; et remedium efficacissimum sunt *Cryfalli Tartari*, in magna aquæ copia soluti, et multam ad solutionem, equidem requirunt : Per sæpè urinae fluxum mirum gignunt, levamen citissimum præbentes : Iis fontè hydropis exemplis, magis idonei sunt, in quibus corpus firmum est, vires integræ, et ad inflammationem proclivitas quædam ; inter refrigerantia enim ponuntur, et vim catharticam simul exercent aliquam.

Scilla in hoc morbo antiquitùs etiam laudata, et adhuc magnum nomen habet : A CELSO externè admoveri jubetur : Nauseam aliquando excitat ; at hæc ad vim ejus diureticam promovendam non necessaria est, et multum dat molestiæ : Cum Hydrargyro conjuncta

juncta optimum fit diureticum; vim hujus stimulantem ad renes dirigere videtur, et rarò nisi labes aliqua extat viscerum immedicabilis, in colluvie aquosa evacuanda deficit.

Balsama plura, inter ea quæ quandoque profunt, memorari possunt; ut, Balsamum Peruvianum, Tolutanum, et Copaiba; Oleum Terebinthinæ, Baccæ Juniperi, et alia hujusmodi, iis adjungi possunt.

Digitalis.—Hanc, jampridem in medicina notam, at oblivioni traditam, rursus ad medicorum animos revocavit cel. WITHERING, et dosin ejus, et exhibendi modum, ita constituit, ut vix iterum in neglectum cadentur ejus vires; quamvis haud pauci effectibus molestis, haud rarò periculosis visis, ex majori ejus dosi, illam exhibere verentur: Apud auctorem prædictum tuta reperta fuit; et apud alios mirabile sæpè præbuit auxilium; haud tamen sine cura maxima adhibenda est, et, cum nauseam excitaverit, aliamve molestiam

ftiam insignem, intermittenda : Nausea fortassè ad diuresin non confert ; at nisi doses ad hanc inferendam suffecerint, ea rarò sequetur. Vires ejus a paratione multùm pendent : In oppidis majoribus, herbæ aliæ pro Digitali supponi dicuntur, aut ejus exsiccatio non rectè fit : Hinc fuit notatum, medicis in rure quàm in urbibus degentibus, meliùs cedere : De ejus paratione, æquè ac de exhibitione, regulas tradidit utilissimas WITHERING.

Ejusdem ferè indolis est *Nicotiana* ; efficacia ejus autem non æquè experta, quamvis haud inutilis videtur.

Cantharides a multis laudantur, at non in usum generalem pervenerunt.

Colchicum autumnale, *Scillæ* similitudinem aliquam habere videtur ; ejus vires, quanquam a cel. STOERK multùm extollantur, non permagnæ in hac insula repertæ fuere.

Si diuresin promovere velimus, copia liquoris alicujus aquosi, ægro permittenda est ; ali-

ter

ter spes nostræ fallentur : A veteribus abstinentia severa a potu jubebatur, et morbi curationem huic præcipuè equidem commiserunt : Eam magni putavêre momenti etiam **BOERHAAVE** celeberrimus, et **Commentator*** ejus doctissimus ; et fortè aliquando si non nimia fit, utilis esse possit ; at si remedia diuretica porrigantur, potus largus esse debet ; hic enim solus, in exemplis nonnullis, congestionem omnem sustulit, urinæ magnâ copiâ fluenti. Potûs largi usus **MILMAN** sagaci et eleganti debemus ; cûjus exemplum nunc ferè omnes sequuntur, ægrorum molestiam magnoperè minuentes.

5. *Sudorifica.*—Hoc auxiliorum genus æquè ac diuretica fallax ; sudor enim in **Hydropicis** ægriùs elicitur, si autem fortiora adhibeamus sudorifica, vires corporis citò collabuntur ; et hinc plus mali sæpè oritur, quàm
boni

* **VAN SWIETEN**, *Comment.* tom. iv. p. 267.

boni ab excretionē per cutem auclā : Cæteris deficientibus remediis, hæc certè non prorsus temnenda.

Certissima ad sudorem eliciendum medicamenta sunt ea, quæ ex opio emeticis conjuncto conficiuntur, et corpus minùs turbant quàm calida et stimulantia : Maximè vulgata hujus generis compositio est Pulvis DOWERI ; Opium etiam per se sæpè fuit utile *.

Hydrargyrus solus aut *Antimonii* junctus præparatis, rarò expectationem fallit ; et alia quidem hoc præmissò faciliùs agunt †.

Caloris applicatio sine humore a CELSO laudata, recentiorum non caret elogiis ‡.

Ut hæc optatos habeant effectus, opus est ut adjuvantur per vestitum solito crassiore, et liquoris tepidi haustus largiores. Si etiam
sudorem

* WILLIS, Pharmac. Rational. Cl. MONRO, p. 68.

† Cel. GREGORY.

‡ Van SWIETEN, &c.

sudorem copiosè educere non desideramus; tamen vestitus laneus utilis esse potest, ut exhalationem naturalem per cutem promoveat.

Sanguinis missio etiam fautores habet aliquos, et dantur casus in quibus, consultò aut fortuitò facta, morbum sustulit, absorptionem ut videtur augens humoris; at Hydropicorum vires rarissimè illam permittunt, et remedium est cautissimè equidem adhibendum si unquam.

INDICATIO TERTIA.

HUMORIS congestione remotâ, nisi corporis quoque conditionem sustulerimus quæ eam primò fecit, nihil ferè profecimus; necesse est igitur ut iis uteremur remediis quæ robur augment, et accumulationem ulteriorem prævenire possunt; hæc plerumque non exhibentur donec tumor omnis evanuit, at tutò et cum fructu

fructu optimo citiùs perſæpè data fuerunt; non ſolùm enim evacuantia medicamenta non impediunt, ſed magnopere adjuvant. Hujus generis pleraque ſunt ea quæ *tonica* vocantur, alia autem quædam non inutilia ſunt. Si cavi quod aquam continebat parietes coaleſcere poſſunt, hoc promovendum per comprefſionem, alioſque modos idoneos: In Hydrocele hoc tutò fit inflammatione excitatâ.

Diæta nutriens, abſque intemperantia, exercitatio moderata, et alia vitæ rationem reſpicientia, plus fortè profunt quàm medicamenta ulla ad vires reficiendas; at aliquid ſaltem juvare poſſunt medicamenta. *Vini* uſus non nimius; dum diuretica exhibemus, corporis robur non ſolùm ſuſtentat, ſed diureſin multùm promovet: Cum Chalybe junctum ſæpè fuit præſcriptum.

Ferri præparata varia corpus firmant, ſimulque excretiones omnes augent: Hæc frequenter